JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 287r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Imposita fuit per sanctam Kalas unius decima terminalis
solvenda per prelatos et clericos ecclesiarum de annuis ipsorum pre-
ventibus et mense martii sub singulis annis sub certis penis
et datis collectoribus prout moris est demum d. j. qui preerat
ecclesie paduane et illius anni proventus percepit postea translatus
fuit ad ecclesiam bononiensem in kalis januarii et alter scilicet dominus
a fuit prelatus ecclesie paduane et utrique sua ecclesia statim
possedit neuter tamen ipsorum de mense martii sequentis decimam
solvit Quaerebatur quis ipsorum incideret in penam et quis ex
illis solvere tenebatur

Abbas cum quantum cum vitande murmurationis et scandali fe-
cerunt statutum iuramento firmatum ut singulis monachis
darentur x annuatim pro vestimentis Quaeritur utrum abbas propria
auctoritate et voluntate possit illud tollere ipsis monachis
pecuniam denegando et an tale statutum sit licitum

An clericus qui proponitur in causa sanguinis coram iudice
secularis sit irregularis morte secuta

An testis se immiscens testimonio falsum deponens sit tene-
atur pena falsi Et fuit sic proposita Aquilinus advocatus ad
[illegible] testimonium obliviose vel alia de causa non iuravit
et falsum deposuit quaeritur an teneatur pena falsi

Archipresbiter non potest hic copiam episcopi renunciavit in mor-
tis articulo in manibus presbiteri recipientis nomine episcopi et statim
canonici elegerunt ticium post duos dies in vitio ipso
archipresbiteri episcopus veritate cognita electionem confirmavit
Quaeritur an valeat talis electio et confirmatio

Accusatus de homicidio coram iudice secularis allegabat
se clericum ad quod probandum coram ecclesiastico iudice adduxit
litteram papalem nominatus clericus et canonicus parmensis
Quaeritur an sufficiat hec probatio ipso casu

Est matrimonium solutum propter consanguinitatem vel quia mulier non
cognita religionem profitetur Quaeritur an rumpat sponsalia
de futuro prius a viro contracta

Iudex assumpsit tres consultores super difficultate quorum duo
consuluerunt reum condempnandum et tertius absolvendum et iudex ab-
solvit An valeat sententia cum statum habeat non valet sententias
nisi late sint cum consilio sapientum

Ordinarius tribus consultoribus acceptis ita pronunciavit de consilio
talis condempno et de consilio talium absolvo et lapsis x diebus actor
petit sententiam executioni mandari An sit exequenda

No est in iura

No est obligatorium

No est sine

No firmatur

No licet

No licet

Nullus ex consilio